



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

XIII. Ingenuitas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

bis sibi ab Ecclesia , quæ nobis ad regendum concessa est , migrandi licentiam accepisse : Et vt hæ littoræ firmiorem obtineant dignitatem , meliusque eis fides adhibeatur , manu nostra eas subter firmaui-  
mus.

## XIII. INGENUITAS.

**D**Vm omnipotens Deus nos præcepit in hoc sæculo sanū corpus habere : Oportet nobis pro salute animæ nostræ frequentius cogitare debere , vt aliquantulum de peccatis nostris minuere mereamur. Itaque ego ille in Dei nomine pro animæ nostræ remedio , vel pro meis peccatis minuendis , vt in futurum Dominus veniam mihi præsta-  
re dignetur , seruum iuris mei nomi-  
ne illum , relaxauit ingenuum. Ea ve-  
ro ratione , vt à die præsente sis bene  
ingenuus , tanquam si ab ingenuis

parentibus fuisses procreatus , vel  
natus. Peculiare vero si quid habes,  
aut in anteà Christo propitio labo-  
rare potueris , cessum habeas. Et  
nulli heredum , ac proheredū meo-  
rum nullum impendas seruitum,  
nisi soli Deo , cui omnia subiecta  
sunt. Testamentum etiam faciendi,  
defensionem , vel mundeburdem  
**Ecclesiarum** , aut bonorum homi-  
num , vbi cumque eligere volueris  
licentiam habeas ad conquiren-  
dū. Si quis verò , quod nec fieri cre-  
dimus, si ego ipse, aut ullus de here-  
dibus meis , vel quælibet opposita  
persona, quæ contra hanc ingenui-  
tatem, quam ego plenissima volun-  
tate mea, pro amore Domini nostri  
Iesu Christi , & pro meis peccatis  
fieri, & adfirmare rogaui, venire co-  
nauerit, inferat tibi, vna cum socio  
fisco auri vncias tantas , & præsens  
ingenuitas omni tempore firma  
perma-

permaneat, stipulatione subnixa,  
Actum illo.

## XIV. VENDITIO.

**D**omino inlustri illi, ille. Ratio & consuetudo exposcit, ut inter emptorem & venditorem scriptura confirmet. Ita ut nec distrahendi, seu vlla repetitio, nec comparandi quælibet videatur esse formido. Idcirco nulli cogentis imperio, nec à iudicaria potestate coactus, sed mea propria & spontanea voluntate, & arbitrio, accepto vero pretio, constat me vendidisse, vel tradidisse & ita vendidi, vel de præsente tradidi, hoc est res proprietatis meæ in pago illo, quæ dicuntur illæ. Id est tam mansis, dñibus, ædificiis, rotum & ad integrum re inexquisita. Et accepi à te premium pro hoc, quod mihi bene placuit, hoc est tam in argéto quam

P